



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 28. Concordiæ pacta inter Ferdinandum Cæsarem & Turcarum Imperatorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

Sæc. XVII.  
A. C. 1636.

§. XXVIII.

Concordiæ paciæ inter Ferdinandum

Cæsarem & Turcarum

Imperatorem.

Anno priori Ferdinandus II. Imperator, firmata pace Pragensi, pariter stabilita cum Turcis concordia obsequientibus tranquillitatem reddere, rebellibus vero validiora arma opponere fategit: hanc in rem Joannem Rudolphum Bucheimii Comitem Constantiopolin ablegabat, qui die trigesima Martii in urbem solemini pompa delatus querebatur, quod Turcæ & præciue Budensis Bassa insuperhabitibus numeræ pacis articulis omnem opem Suecæ, aliisque Cælaris hostibus offerant, varia oppida Christianis eripiant, alia in Hungariæ finibus muniant, subditos immodicis tributis, & donationum exactiōibus exhauriant, necnon in Catholicorum ditiones excurrant, secundum foeminas, infantesque abstrahant: Petebat insuper Legatus, ut deinceps Cæsareis Nuntiis liber transitus permittatur, nec eorum literæ aperiantur: Injunctum quoque eidem, ut adversus Franciæ Oratorem reclamet, quod Regis sui nomine titulum Protectoris Religionis Catholicæ, ac Orientalis

Sæc. XVII. *lis Ecclesie* sibi attribui, necnon Mona-  
A.C. 1636. steria in Ottomanico Imperio & Tarta-  
ria præcipue Jerosolymis nonnisi a Gal-  
licæ Nationis Religiosis incoli potu-  
lasset. Cunctis hisce Cæsarei Legati pe-  
titis Amurates Imperator annuit, de-  
cretoque Viennam Prisvaro Bassa pe-  
tiit, ut missis utrinque Deputatis Vae-  
zii in proximo conventu ceteræ com-  
ponerentur controversiæ.

## §. XXIX.

*Ragotssi Transylvaniæ Principis bel-  
lum contra Bethlenium.*

*Joan. Beth-  
len. rer.  
Transylv.  
lib. I.  
Khevenhill.  
Annal. Ferd.  
tom. 12.  
p. 2146.  
Brachel.  
Hist. temp.  
lib. 5.  
Pannon. bell.  
& Pac. part.  
I. p. 374.  
Ortel. contin.  
Chron.  
Hung.* **T**andem veteres Ragotsum inter &  
Bethlenium simultates in apertum  
prorupere bellum; Georgius enim Ra-  
gotius, postquam Transylvaniæ Prince-  
patum conciliatis Procerum suffragiis,  
excluso Stephano Bethlenio, sibi soli  
vendicaverat, unice eo intentus erat,  
ut universam Bethleniorum familiam  
penitus extirparet: nec ad id variis de-  
erant obtentus; cum enim David Za-  
lamius Stephani Gener duo circiter  
Hungarorum millia pro Suecis con-  
traxisset, Ragotius Bethlenios impe-  
rio imminere suspicatus, fulis hisce  
copiis Zalamium in carceres conjecit,  
& Petrum Bethlenium Stephani Filium  
sub obtentu perpetrati homicidii dire-